



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 102. Papa Anconam venit, navem consensurus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Christianum in Apostolatu suscepimus. Cum Sæcul. XV.
vero nonnulli Pontifici objectare possent, A.C. 1464.
quod primum ad S. Petri Cathedram
ejectus, hanc de Ecclesia opinionem ad-
optasset, ac cum dignitate mutasset senten-
tiam, ideo ut ad hæc responderet, pau-
cis totam vitæ suæ, actionumque seriem
describit, ac Concilii Basileensis integrum
concinnat historiam; postea refert, quod
cum Dominico Capranica Anno millesi-
mo quadringentesimo trigesimo primo
Basileam contenderit, nos, inquit Papa
ex patria juvenes, non ex urbe illuc migra-
veramus, sed nova tum primum avis ex Se-
nensi gymnasio evolaveramus, rudes & inex-
perti. Data est hæc Bulla Romæ die vi-
gesima sexta Aprilis anno priore, & ha-
betur integra in Collectione Conciliorum
Patris Labbei, aliisque pluribus Aucto-
ribus. ()*

§. CII.

Papa Anconam venit, navem
consensurus.

Ceterum Papa Romam reversus paucis
 ibi diebus mobaratur, ut pro consi-
lii

(*) *Exstat quoque in opere, cui titulus: Ca-*
roli VII. pragmatica Sanctio fol. Parisiis 1666.
pag. 841. necnon ad initium Operum Æneæ
Sylvii.

Sæcul. XV. lii sui executione jussa daret, ac necessaria disponeret, inde decima octava Junii

A.C. 1464. die Anconam contendit. Eo præmis-

Papiens. rat Hieronymum Archiepiscopum Cre-
Comment. l. tensem unacum Priore Pisanorum mili-

et epist. 34. tum Hospitaliorum, dato utrique ne-
gotio, ut naves conducerent, quibus Viri

undique confluentes transvehi possent. Sequebatur paulo post Cardinalis S. An-

geli Natione Hispanus Vir senio venera-

bilis, ac septuagenario major, fidei tamen

ardore insignis, qui summum Pontificem

hortatu suo ad exequendum sanctum pro-

positum ardenti zelo stimulaverat. Hos

parvis itineribus secutus est Pius Papa, &

Lauretanam Domum accedens, votum,

quod nuncupaverat, ibidem persolvit, de-

mum vero Anconam ad medium fere

Julii pervenit. Confluxerat illuc pene in-

numera hominum multitudo, & quidem

omnium expectatione major: ast eorum

potissimi sine nummis, sine commeatu

adeo inermes ac inopes erant, ut nec per

femestre, unde vivere possent, haberent,

quare plures eorum arma vendere, ut in

patriam regredi valerent, compulsi sunt.

Papiensis Cardinalis Germanos, qui ex

Wandaliæ & Saxoniæ regionibus ad Po-

meraniam Dualem sitis advenerant, de-

scribens ait: eorum non pauci erant, qui to-

to itinere cibum emendicabant, hinc eos

Itali ob inopiam irridebant; unde non-

nulli

Papiens. ibid
& epist. 41.

Crantz. 12.
in Wandal.
30. & 12.
sex. 3.

nulli Venetias petierunt spe freti, quod Sæcul. XV.
illoco naves descendere possent, alii vero A.C. 1464.

Anconam pervenerunt: eo enim audie-
rant venturum Pontificem, hic vero
inutilem bello turmam ad suos remisit,
postquam omnibus benedictionem Apo-
stolicam, ac plenam poenarum condona-
tionem indulserat.

§. CIII.

*Cuncta Anconæ parata pro
discessu Pontificis.*

Cum interim Anconæ nuntiatum esset,
quod Turcæ haud procul a Ragusa
castra posuissent, ac forte eam civitatem
obfessuri essent, Pontifex, quamquam fe-
bri admodum violenta agitaretur, nihil
minus illoco ipsus cum classe sua accur-
rere statuit spe concepta, si res succede-
ret, Principes excitatum iri, ut & ipsi
Papam sequerentur. Verum nuntiatio
hostium recessu Pontificis quoque iter dif-
ferebatur. Hujus famæ lætitia haud
parum augebatur ex adventu Veneti Du-
cis, qui classe sua Anconam ingressus est.

§. CIV.

*Adversa Papæ valetudo, ejusque
obitus.*

Ast ingravescente indies morbo, Ponti-
fex, cum jamjam mortis suæ horam